

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IV. Afflictiones tolerandas esse cum gratiarum actione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Gymnasium Patientiæ. Pars III.

52

timus; sed & priore adhuc durante conflictu, aliis plures super-
venient, & insperate. Ideo threni sic modulandi sunt, ut
modulorum fines extendantur. Cantandum est car-
men Patientiæ usque in finem.

Premium
date per-
severanti-
bus;

Inchoantibus præmium promittitur, sed perseve-
rantibus datur. Iudas Iscariotes optimè cœpit, sed
peccatum finivit; laudatur illius initium, sed finis dam-
natur. Multorum est incipere, paucorum finire. E
beatis Gregorii sententiæ: Virtus boni operis perseve-
rantia est, quæ sola coronatur. Incasum bonum agi-
tur, si ante terminum vite deseratur.

Bernardus ad hoc variè inflamans: Prosternit, in-
quit, abique perseverantia nec qui pugnat, vicit oriam;
nec palma victor consequitur. Vigor virium, virtutum
consummatio, soror est Patientiæ Perseverantia.
Tolle perseverantiam, nec obsequium maledicem, nec
beneficium gratianum, nec laudem habebit fortitudo.

Ideo dia-
bolus soli
perseverantia
infida-
tur.

Eccl. cap.
2. v. 16.

Diabolus soli semper Perseverantia infidatur, quam
solam virtutem novit coronari. Nimirum Finis, non
pugna coronat. Lauda navigantis felicitatem, sed
cum venerit ad portum. Parum est crucem humeris
recepisse, nisi eam deportaveris usque ad metam. V.
bis qui perdiderunt sustentiam. Eja fortiter, Christiani, &
constanter, ne in nos canetur fabula,

Cœpisti melius, quam definis; ultima primis

Dedecori sunt —

Attor. c. 20.
v. 23. & 24

Divinus Paulus Miletii flentibus valedicens libere
proclamat: Vincula & tribulationes Hierosolymis me ma-
nent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pre-
tiosorem quam me, dummodo consummum cursum meum.
Sequamur praecutis vocem, & accinamus pro se quis-
que dicat: Quoquo pretio, quibusquis impenis, &
etrumni coemendum sit celum; oderint, persecuantur,
vexent, lacerent me, quotquot volunt; mala me
onerent, quotquot Deo placuerit immittere; omnia
facere, omnia pati paratus sum, dummodo consum-
mem cursum meum, dummodo licet at finem dicere:
CONSVMMATVEST. Fructus labori, fatigis, re-
spondebit abundantissimus, eternus.

CAP VT IV.

Afflictiones tolerandas esse cum GRATIA RVM ACTIONE.

Seneca epist.
25. fine.

Phidias artificum nobilissimum, plastes doctissi-
mus, è luto, cerâ, gypso, marmore, ligno, ære, ebo-
re, argento, auro, ex omni denique materia statuas, &
ex omni panè ligne Mercurium potuit effingere. Af-
firmat Seneca: Non ex ebore tantum Phidias sciebat, sacri
simulacra faciebat ex ære: si marmor illis, si adhuc viliorum
materialium obtulisses, sciebat quale ex illis fieri optimum posse.
Quod si ligno rudi & nondum dolato vox fuisset, uti
que gratias huic magistro suo maximas habuissent,
quod eruditus manus beneficio licet sibi pristinam
deformitatem exuere.

Ærumnis & afflictionibus homo sic dolatur ab
omnificio artifice Deo, ut in novam omnino dignitatē
reformatetur. Ideo pars est, ut suo Phidiæ gratias agat
informis ante truncus, nunquam in tam elegantem
statuam mutandus; pars tam multum sui amississet, do-
labris inclementer & aperè tractatus.

Diximus adversa omnia Patienter, Hilariter, Constan-
te toleranda. His quartum addimus modum, Cum
afflictioni Gratiarum ACTIONE, seu Gratiæ. Cur autem gra-
tiæ sint agenda pro calamitatibus alioquin ingratis-
modus, seu documen-
tum.

Quartus
afflictioni
modus, seu
documen-
tum.

Germano-
frim veteru-
Germanni veteres suos olim liberos erudierunt, tra-
ditis per certa symbola præceptis. Inter quæ &c

A hæc numeranda. Si quando iter feceris, aiebant, non erga libe-
prius è loco, ubi seculis accubueris, abeas, ante quam ter ros pra-
despuas. Hoc scilicet volebant, attente circumspice. Pe-
rent, si quando viatores essent, ne quid sarcinularum
post se reliquerint. Sic & stellas digitis monstrari ve-
tabant, non quod nefas sit manu ad fidera intende-
re, sed quia eurolo stellarum aspectu oculorum aciem
hebetari credebant. Sic etiam prudenter monebant:
Si quid te userit, dico, Deo gratias: Aut, Rependat
hoc Deus. Praeceptum sane aureum, & ad rem nostram.
Quidquid ignium, quidquid ad verborum te ustularit,
quisquis hominum te leserit aut turbarit, tam amplas
tuage gratias, pende ac si stipem liberalissimam ac-
cepseris.

Solent etiam parentes serii suos liberos condoce-
facere, ut virgines castigati, virgas osculentur. Sic & in
scholis discipuli melioris indolis magistro gratias a-
gunt, cum casu sunt, perinde si dicant: Domine Prä-
ceptor, me punitus non ægrè fero; penas merui:
jamque mihi potius gratalor, quod etiamnam magi-
stro meo curæ sim; quod nondum spem omnem de
me abjecerit. Et quid indignus? Präceptoris est in di-
scipulos animadverte cum delinquunt, ita in posterum
cautiores sunt. O bonam indolem, sed raram,
qua plaga hoc ore concoquit! Ita decet: In omni pa-
tientia & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo pa-
tris dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Atqui hæc
pars, hæc pars sanctorum est, Pati plurima, & gratias a-
gere, quod tanto se D e v s dignetur honore.

Vt hoc ipsum Christianis omnibus validissime per-
suaderetur, diyina Chrysostomum facundia mirè labo-
ravit. Chrysostomum ipsum loquentem audite: Hoc Crys. om.
est, inquit, Voluntas Dei, semper gratias agere: hoc est anima 5. bo. 68.
sapienter instituta. Passus es aliquid malum? si velias, non es ma-
lum: gratias age Deo, & malum in bonum transmutasti. Dic Quod nu-
tu quoque quemadmodum Iob: Sit nomen Domini benedi-
ximus in secula. Quid enim tale, quæ passus es? Incubuit crux ini-
morbus? At nihil novum est, corpus enim mortale nobis est, &
tribulationi pati natum. Sed pecuniarum inopia? Verum, & hac acquirit
cessant, & amittit, & hic tantum manent. Sed ab inimicis in-
sidie, & calumnia? Sed nos in his injuriarum non patimur, sed
illi qui faciunt. Peccavimus non qui male passus es, sed qui
male fecit.

Quidquid ergo malorum te premat, age Deo gra-
tias, & malum in bonum transmutatum est. Ne igitur, Idem tom.
quod idem Chrysostomus monet, in tentationib[us] in 4. in 1. ad
dignemur, neque angustiemur, neque tumultuemur. Iob gra. Theſſ. cap.
viii. vulnu diabolo intulit, cum spoliatus gratias egit, quam hom. 3. po-
tum pauperibus sua distribuit. Omnibus enim privatum, ge-
nerose & cum gratiarum actione id ferre nullò maius est,
quam in divitiae degentem facere elemosynam, sicut in hoc con-
tingit iusto.

D At, ignis inuenit sepius substantiam tuam absursum, &
totam domum populatus est. Reminicere eorum que Iob ac-
ciderunt: age gratias Domino, qui prohibete potest, & non
prohibuit, & tantam recipies mercedem, quamcum si omnia illa
in pauperum manum repousses! Hoc ipsum iteratò affe-
tans. Carem, inquit, habebis mercedem cum eo, qui pecunias tomo. bon.
suis pauperibus largitus est, si amissus illis gratias egeris, & cum
ad divitiores ire poteris, sustineris illas magis non recipere,
quam hoc pacto recipere.

Sed in pauperie degit, & fame, & infinitis periculis? Re-
cordare Lazarum cum inopia, & orbitate, & innumeris aliis
pignantibus molestiis, & haec post virtutem tantam. Recorda-
re Apostolorum, qui & in fame, & in siti, & in nuditate dege-
bant; prophetarum, justorum; & omnes ipsos invenientes non de-
divitibus, non de gaudientibus, sed de gentilibus, tribulatis, &
angustiatis esse. Hec apud te ipsum colligens, Domino gratias
age, quod te hujus sepius participem, non exofus; sed & valde di-
ligens: quoniam & illos tot gracia pati non permisisset, nisi
vehementer amasset. Nullum gratiarum actioni pars bonum.
Hoc

Gymnasium Patientiae. Pars III.

53

Hoc maximum est sacrificium, hec oblatio perfecta. Ideo dicitur vinus Paulus: In omnibus, inquit, gratias agite: hec est enim voluntas Dei.

Hebrei juvenes ad Babylonicum regum damnati, in ipsis flammis, tanquam laetissime epulati, gratias agebant Deo. Nam Daniele teste, quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant. Nam in fornace dicentes: Benedic nos Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & superexaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue sanctum, & laudabile, & superexaltatum in omnibus seculis. Hinc illis igneus hic carcer pro aestivo palatio, piceus fumus pro vernante celo, flammæ pro veste, catenæ pro armillis & torque fuerunt.

§. II.

ET quia hoc quod asserimus, gratias Deo etiam in adversis agendas, res maximi momenti est, amplissimum id testimonii firmatum est. Chrysostomus, quod dicit, hoc est in singulari fundus, & plane Chrysostomus, hoc est oris aurei orator, hanc unam rem assidue, ut decebat, inculcans: Gratias, inquit, porro agere convenient, non divites modo, sed & paupertate oppressos: non sanos, sed & aggreditantes: non eos quibus prospera omnia, sed & eos quibus adversa contingunt. Deo enim gratias agere, cum secundo cursu res feruntur, nihil mirum fuerit, ut vero cum ingenti subiecta tempestate jactata numerique navis periculum incurrit, tum denum magna existit patientia, & aquanimitatis probatio. Quo certe & tibi hinc coronam reportavit, & diabolus impudens os obturavit, planum erga faciens se, cum felix esset, non ob pessimas, sed ob metum erga Deum charitatem gratias egisse.

Hoc est maxime gratia animi, hoc sapientie studiosi, in rebus etiam afferri & adversis gratias agere, pro omnibus gloria Deum asserere, non solum pro beneficiis, sed etiam pro suppliciis: hoc enim maiorem mercendem conciliat. In bonis quidem gratias agens reddidisti debitum: In malis autem, Deum diligisti debitorum. Qui enim beneficio affectus est, & agit debitorum, in gratias reddit debitum: qui autem male affectus est, & glorialis Deum non affectus, is debitum acquirit. Ita Deus quem est laudandus, & cum puniri, & cum a supplicio exitit. Viraque enim sunt curationis, utraque sunt bonitatis. Oportet ergo eum a qua laudare, & quod posuerit Adam in paradiſo, & quod eum expulerit: & agere gratias non solum pro regno, sed etiam pro gehennâ. Eam enim & fecit & minatus est, ut a virtute liberaret.

Quemadmodum ergo medicum non solum nutrientem, sed etiam fame excruciantem, non solum in foras elucientes, sed etiam domi alicubi includentem, non solum ungentem, sed etiam urentem & secantem observamus, & admiramus: et si enim sunt contraria que sunt, nam tamen finem respiciunt ita etiam oportet Deum laudare pro omnibus, atque a deo multo magis, quatenus hic quidem Deus, ille vero homo: & quod res quidem eorum sepe alter eneuunt, que autem Deus facit, sunt cum summa sapientia & curâ. Ideo etiam, Non solum gratias agamus Deo, si consequamur quod perimus, sed etiam si repulsam passi fuerimus. Nam cum Deus nobis aliquid denegat, non minus pater est, quam se concessisset. Nescimus enim nos non nobis conducant scilicet ipsi novit.

Itaque sive voti compotes, sive impotes simus, gratias agere debemus. Magnus ergo thesaurus est gratiarum actio, magnis divitiis, & inconfusum bonum. Fortis armatura. Erritque in tribulationibus remissio, si sit in ea gratiarum actio. Ibi multipliciter, & quidem insidiæ, ubi virtus: illuc invâdia, ubi misericordia. Sed est nobis telum maximum, quod omnes tales machinas repellere vident, qui per hoc omnia Deo gratias agit. Perdidisti pecunias? Si gratias quidem egeris, animam lucratus es, & maiores nautilus es divitias, quia Dei benevolentiam habuisti amplius.

Nec aliter sanè Augustinus: Sic, inquit, sunt boni & mali, quonodo si duo viae sint plena, & unum habeat putre-

A dinem, & aliud aromata pretiosa cum uno ventilabro venti- de Tempore
lata. Illud vas, ubi fuerint aromata, qdoreni desiderabilem, mibi pag.
aliud autem factorem intolerabilem reddit. Ita simul boni at 30^a
que mali indiscretè quidem turbati, sed aito Dei iudicio se- parati.

Quoties aliqua tribulatio in Mandum venerit, qui boni sunt, velut vasa sancta gratias agunt Deo, qui eos castigare dignatur: illorum vero qui sunt superbi, luxuriosi, cupidî, blasphemanti & munitarant contra Deum dicentes: O Deus quid tantum malum fecimus, ut talia patiamus? Vnde sepe sit, ut infelix isti amore hujus vita obligati, nec istam tenere possint, & illam sempiternam, de qua fugiet dolor & genitus, amittant: & quod peius est, nec ista mala presentia possunt evadere, & ad illa que eterna mala sunt, eorum crimina eos faciunt pervenire.

Igitur, Admonendi sunt, inquit Gregorius, qui flagella metunt, ut si malis veritatem careverint, eterna supplicia perhorrescant.

Veterum Patrum historiæ memorant, fuisse inter eos hominem, qui culpa proflusus non luâ, in odium & infensionem omnium incurrit. Nemo eum amplius admittebat, nemo salutabat, nemo l'orum vel panem commodebat, nemo finitis laboribus domum suam invitabat. Ille tamen (quod laude dignissimum) in his omnibus gratias Deo agebat. Evenit autem ut hic ipse à messe domum rediens nil panis reperiret. Quid hic ageret? à sociis nil sperare potuit: num ergo è celo petendus panis? Inde profectus allata est annona. Nam brevi adfuit, qui ad fores pulsaret, camelum trahens panibus onustum. Vbi hanc Dei liberalissimam in se providentiam anachoreta vidit, in lacrymas solutus: Ergo, inquit, o mi amantisime Deus, indignus ego sum, qui diutius pro te penuriam patiar? Ab eo autem tempore & alij in eum longe mitiores erant, & ut scrip- tor loquitur, repausabant eum.

§. III.

Iste optimus, & exploratæ patientie senex Tobias, Tob. cap. 2.
Non est contristatus contra Deum, quod plaga cecitatis est. v. 13. & 14.
venerit ei: sed immobilia in Dei timore permanit, agens gratias Deo omnibus diebus vita sua. Hoc nobis omni conatu imitandum est. Cum despiciamur, rideamus, in odium vocamus, cum in mala plurima precipitamus, gratias Deo agamus. Quo facto provocatus Deus, aut hostiles aliorum, in nos animos mutabit, ut crebra testatur experientia, aut aliunde, quidquid hoc mali est, largiflame penitabit.

Hac beatissimi Pauli mens est, qui hortatur: Gratiæ agentes semper pro omnibus. Quod divus Hieronymus considerans: Pro beneficiis, ait, gratias agere vel idololatriæ ac Iudei norunt, pro calamitatibus & suppliciis soli Christiani. Quare iuxta Apostolum in omnibus periculis & miseriis dicamus semper, Benedictus Deus. Hic animus Christiani est.

Quâ de re Imago Christi libro tertio, capite Thomas de quinquepsimo, tam præclarè disserit, ut putem hoc, Kemp. l. 3.
quod dixi, caput, aut certe illius partem afflictis, moe- c. 50. n. 5.
fitis, quocumque modo turbatis quotidie prælegen- Brunnosis dum. Vnde ad institutum & hæc delibamus: Gratias hoc prafer- tibi ago, Domine Deus, quia non pepercisti malis meis, sed attri- legamus, tu me verberibus amaris, infligens dolores & immittens angustias, fors & intus. Disciplina tua super me, & virga tua ipsa, me docebit.

Refert è beati Dominici familiâ Ecclesiastes in- Ioan. Tauri-
gnis, Virum spectatæ eruditioñis à religiosissimâ qua- terus Insti-
dam virginem compendium vita sancti instituenda c. 24. Vixit
petuisse. Illa decem omnino documentis rem omnem anno 1350.
complexa, & quanto quidem loco, hoc asignans:
Tantis doloribus, aiebat, & angoribus nemo afficiatur, quin gratias pro iis agat, scilicet indignum his ju-
dicet, & poenas majores ac duplicates petat. Quod illa certe

E 3

Gymnasium Patientiae. Pars III.

cerre re ipsa praesit. Quin & nos imitamur rem imitatione dignissimam?

Exemplo demonstretur quod dicimus: Tuis sit quis tota nocte, præcordiis miserè concussum, somnum non vidit, & omnes horarum partes numeravit. Rem magnam hic fecerit, si dicere audeat: Domine Deus tu sum vehementiorem, quæ magis me vexet, nam ego senviora sum meritus.

Etsi qui dolore capitis, torsione stomatici, qui arthritide, calculo, podagrâ labore, & tamen hoc unum clamet; Domine dolorem gemina, modò simul & patientiam. Quis est hic, & laudabilius eum?

Est quæ tres quatuorve cavillatores, largiter irriterint. At ille dicat: O mi Christe pro me sapientius ille, plures in me immitte, qui me & irrideant, & probris variis afficiant, his ego dignus sum. Apropos qui sic preceperit? Non dubitemus, & cetero, & abdita se solari patientiæ. Nec decurunt qui sic orient: Mi amantisime Deus, ego quidem non unâ tantum suffixus sum cruce, varia patior: sed, ô Domine, te rogo, da graviora qua patiar, etrumnas auger: fat scio, augebis simul & patientiam. Nunquam de istis gratias tibi ago, & indignum me judico, qui patiar pro te Deo meo.

Num haec tenus ita precati sumus, num ita precaturi deinceps? O Christiani quandoque nos ipsi nobis de sanctimoniali nefcio quæ suspecti sumus, vbi has illæfæ precatiunculas recitaverimus. Sed ô quæ remoti etiamnum agimus à verâ patientiæ? Hic viri, hic gigantes sumus, his exercemur. Hac nemo arbitratur, nemo laudat, nisi solus ille scrutator cordium Deus et vos, cui è musici instrumentis duo potissimum probantur. Tympanum & Organum; Tympanum contributus spiritus, Organum laudis & gratiarum actionis. Tympani mugitus iste est: Ah, ah, quæ hoc dolet! quæ hoc urit! Sed ô Deus ne dereras me, da patientiam ô patientissime Iesu! Hoc sanè tympanum præclarè resonat, vincitque vel delicatestissimam musicam. Organum laudis suavitissimos spargit modulos, Beatus Iacobus qui à supplicio quod tulerit, Intercisus datus, peritissimus hac in re Organicus, membratum mori sustinuit: quoties autem vel articulus dicitur, vel junctura membra præsecatur, toties ille auditus est dicere, DEO GRATIAS.

Magistrum hac in re habuit Iobum, qui quoties nova clades nuntiabantur, toties illæ novas Deo gratias agebat. Venit qui nuntiaret: Boves cum alinis à Sabeis abacti sunt. Ad quod Iobus: Sit nomen Domini benedictum. Venit aliud: Ignis è celo lapsus omnium greges absumpit. Iob iterum: Sit nomen Domini benedictum. Venit tertius: Camelos invaserunt Chaldaei, & abegerunt omnes. Iob constanter: Sit nomen Domini benedictum. Venit aliud: Liberi tui omnes unâ domus ruinâ sepulti sunt. Iob ut prius: Sit nomen Domini benedictum. Sicut Domino placuit, ita factum est. En Organum laudis, en Organum artificissimum, quem Deus ipse commendans: Nunquid consideristi, ait, seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terrâ?

§. IV.

Perfis, ut Stobæus assert, mos erat, ut si quem ci-vium Rex citari, & quantumvis innocentem flagellari jussisset, ille sic casus amplissimas ageret gratias, quod rex sui tam benevolè meminisset. Tantum est regis memoriam non excedere? sicne adoramus verbera, cum ore regio jubentur verberari? cur non æquè Optimo Maximo Deo nos submittimus, & plagas, quæ caeli pectorum sunt, veneramur, & proni supplexque pro iis gratias agimus? Hoc profectò sanctissimi quique homines fecerunt.

Laurentius igneo lectulo incumbens, vestit aper len-

tis ignibus assabatur. At ille: Assatus, inquit, gratias ego. Recte omnino; nam in mensam magni regis hic cibus parabatur.

Theodorus ævo Maximiani Cæsarise laceratis & pertusis jam lacribus vix spirans amplius, suum tam organum animabat, & canebat: Benedic Domini in opere tempore.

Plurimi sanctorum non humanius quam canes habiti, ipsi tamen instar fidelissimorum canum, quo saevius cædcebantur, hoc blandius se suo domino applicabant, cuius sibi gratiam ut conciliabant, omnia propitissime cerebant. Nota vox est inter jumenta saevi numerantis: Ut jumentum saevi sum apud te, & ego semper Psalm. 32. 22. 23.

Rufinus Aquilejenensis memorat, è prisca Ascensio optimum senem ægrotanti discipulo dixisse: Ne tristis, fili, ob corporis morbum. Summa enim religio est, ut quis in infirmitate Deo gratias agat. Si ferrum es, ignis tibi æruginem absterget; si aurum es, experimentum tui ab igne quoque sumendum est. Ne igitur cadas animo. Si corpus tuum torqueri vult Deus, tu quis es, qui ei resistas, aut id moleste feras? Ergo sustine, & Deum precare ut que ipse vult, illa concedat.

Nec omittendum illud Ioannis Avilæ divinum monitum, vel millies inculcandum: In adversis uero Deo gratias plus valet, quam in prosperis sex milia. Nimurum summa religio est inter adversa Deo gratias agere.

Maximum est discrimen inter carnes quæ veri figurunt ad ignem torrendæ. Nam si aridus & excucus caput aut pulli gallinacei macie torridi sint astandi, necellarium prorsus est ut coccus has carnes minimè succidas liquato adipe sapius perfundat, vix tamen multo labore aliud quam osseum, & stramineum, vel ligneum ferculum parabit. Sin vero aut optimus asper, aut obesa gallina, aut pinguis & spado capus, aut vitulus laginatus, aut altilis porcus, aut præpingues meleagrides assentur, non opus multam his pinguedinem attingere, suo se succo perfundunt, sed & nullum supererit pinguisissimi liquoris. Atque he omnino dapes sunt dominice regiis mensis inferendæ.

Ita prorsus illi hominum, qui nunquam in sagina spiritus fuerunt, quibus nec mens, nec sensus, nihil inter hominum devotionis, nihil fervoris est, si ergo ignem afflictionis appetiunt, heu quam aridum sit afflum! iis quidem consolatio inßtrat pinguedinis adhibetur, sed param proficitur, insolabiliter lugent. Deest sagina boni spiritus, quantumcunque ungas, maciem non correrexis; quomodo cunque soleris, patientiam non perfruas.

Illi vero qui præcepta Patientiae alto pectore combiberunt, qui Voluntati divinæ scipios totos devoverunt, cum calamitatis ignem sentiunt, tum maximè devotib[us] sua pinguedinem ostendunt; animo præsentis, & imperterritu, seipso aliquoque solatio afficiunt; ad vilissima quæque se submittunt, pro ærumna gratias agunt, plus calamitatum perunt; ita se suâ velut pinguedine perfundunt. Hi sane ad eum illum grande ac regium parantur, ad quod convivæ his invitantur: Ecce prandium meum paravi, tauri mei & alii occisi, & omnia parata sunt: venite ad nuptias.

Quemadmodum vero adeps carnis asper melior est odore quam lixæ, ita gratiarum actio longè pretiosior, Deoque charior est ab iis proveniens, qui gratiarum diurni doloris, aut incertoris ignibus velut asperatur, quam ab iis, qui levibus incommodis conflictantur, & mare navigant planè tranquillum ac placidum.

Noëmus cum suis post procellas illas quibus orbis universitas haustus est, gratiarum actionem instituit ille, luctrem, nam aram struxit ex omni pecore, & ex unicis

Matt. 6. 11.

vers. 4.

A quibus

actio est

Deo pre-

dictior,

Gymnasium Patientiae. Pars III.

55

*versis volucribus victimas selegit, obtulitque holocau- A
sta, Odoratusque est Dominus odorem suavitatis.*

Sed cogita, quamdiu & quantis Noëmus miseriis sit exercitus. Nam bonam ætatis partem (dum totus Orbis securè deliriatur) cum magna fatigione in extruendâ Arcâ detrivit. Quod mortem effugerit, id majoribus ejus moleiis factum, quam si mors centes fuisset obeunda. Nam præterquam quod Arcæ ei quasi sepulchrum decem mensum fuit, insuavis nihil esse poterat, quam in animalium sterilibus pœnæ impersum tamdiu detineri. Postquam tantas difficultates eluctatus est, in novum mœrem incidit: ludibrio se habitum à suomet filio intellexit, & ei quem magno Dei beneficio salvum, è diluvio repererat, suo iipius ore maledicere coactus est.

Ita Noëmi constantem patientiam & inter adversa gratiarum actionem velut gratissimum odorem Deus admisit, ac beneficiis amplioribus remuneratus est.

§. V.

*E*rgo, quod Paulus hortatur, Gratias agamus semper pro omnibus. Et sanè in Patientiae gymnasio, nullæ voces crebrus ingeminanda sunt quam hæ ipse, D E O G R A T I A S, aut B E N E D I C T U S D E U S. Hoc unum ad omnia usurpandum. Sed nostam indociles sumus, ut vel duas solum vocalis lentillimè capiamus. Optimè dixit Franciscus Petrarcha: Hic est mos, citò vultis accipere, tardè autem dare, ad illud alacres, ad hoc moestis, ad illud præcipites, ad hoc segnes. Peccato plerunque caet dum impetratur quod peccatum, at gratiarum actio, cum imperatum est, saepe frigidissima est.

In nostro hoc gymnasio contrarium & solet, & debet fieri. Nam patientia discipuli, cum calicem vident amaroris plenum, orant quidem cum Christo: Pater, translat à me calix iste. Sed has ipsas quantumvis calidas preces refrigerant adjunctis verbis. Verumtamen, ô mi Pater, verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Ita liberari quidem cupiunt, si tamen placet Deo. Cùm vero gratias agunt, toti id faciunt, & quidem calidissimas agunt gratias tam lingua, quam mente. Illorum voices sunt: Immortales, infinitas, & D E V S, gratias ago, quod me tanto dignaris honore, & aliquid pro te patiendum submittis: gratias ago, quod me inter filios tuos numeras; quis autem filius quem pater non corripiat? Quis sanā intelligentia, inquit Gregorius, de percusione sua ingratis existet, si ipse sine flagello non exit, qui hic sine peccato vixit.

*I*deo, Recte mentis est, Deum non solum in proferis benedicere, sed etiam in adversitatibus collaudare. Si in adversis gratias referens Deum tibi patientia feceris esse placabilem, & que anima sumi, multiplicata redduntur, & super hoc gaudia eterna praeflantur.

Enimvero patri pro plagiis & disciplinâ meritissimè agunt gratias, nam patus verberi multè meliora sunt quam hostis oscula. Nemini non notissima vox patris est: Ego quem amo castigo: omnes filios meos flagello. Vis esse filius? adesto castigandus. Quid hic parenti optimo respondeant filii? Augustinus verba suggesterit; ita respondentum: Et cùm blandiris, pater es, & cùm cedis, pater: blandiris, ne deficiamus, cedis ne pereamus. Addit Augustinus, & ad rem accuratè nos instruens: Exaltate, inquit, Domum Deum nostrum. Iterum exaltemus eum qui bonus est. Nam si non vindicet, & deferat, perimus.

*I*gitur, Quando bene est, lauda misericordiam: Quando male est, lauda iustitiam. Tu qualis filius es? Quando te parcerem, time tibi displiceret. Non emendaret, nisi tu illi displiceret. At si sic displiceret ut odisset, non ille te emenda-

ret. Gratias age ergo emendatori, ut accipias hereditatem à Deo qui te emendat. Quando aliquos flagellat in terrâ, admonitio est, nondum damnatio. Patiens est super peccatores, non exercens iram, sed expectans pœnitentiam.

Si nunquid sepius pro re vili & etiam ingratâ gratias agimus, vel eam solum ob causam, quia meliora speramus? Nam qui ob primum beneficium gratus est, secundum provocat. Idcirco cui vel milia salis est & prudentia, is gratus est pro beneficio etiam ingrato. Sic enim secum ratioinatur: Qui beneficium dedit, utique bono animo id fecerit, cui si gratias referre omittet, omni deinceps beneficio excideret ut ingratus. Atque hoc quidem ratio dictat. Lumen ratione superius est istud: D E V S nunc quidem cupreos & plumbeos spargit nummos; coronas dividit, sed spinae & cruentas. Quo id animo facit? Ut brevi det aureas & geminas.

B Cur igitur patri amantisimo meritam gratiam non persolvimus cum plumbum donat, cum spinas offert, & auro & gemmis brevi mutanda? Nunc ergo plumbum, nunc spinas amplectamur, & pro his non minus, quam pro thesauris opulentissimis gratias agamus. Hæc auri & gemmarum certissima lunt pignora. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinaverit *tob. 22. v. 29.*

CAPVT V.

Afflictiones aggrediendas esse cum PRÆMEDITATIONE.

*V*ita quam agimus, duos habet Tortores, Timorem & dolorem. Alteruter horum semper à tergo hæret, ceditque nos. Cùm res sunt turbulentæ & a speræ, Dolor nos ferit: Cùm valens, & rebus secundis utimur, Timor nos tundit, nam timemus ne quod gratum est, perdamus. Ita luculentè Augustinus: Torta, inquit, vita ista intelligentibus tribulatio est, sunt enim duo tortores animi, non quidem simul torquentes, sed cruciatu alternantes: horum duorum tortorum nomina Timor & Dolor. Quando riki bene est, times: Quando male est, dolores.

Quando igitur nescire non possumus, nos à duabus his exactoribus identidem interpellandoz solerter præmeditandum est, quia ratione nos ad illos geramus. Atque his quintus modus est, quia ad afflictiones perficie perferendas plurimum facit, si eas cum PRÆMEDITATIONE aggrediamur. Quomodo autem advene morbi sint præmeditanda, nunc exponemus.

§. I.

S Ollicitè Monet Siracides: Fili acceden ad servitutem Eceli. c. 2.
Dei, sfa in iustia & timore, & prepara aviam vers. 1.
ad tentationem. Prepara vigilando, & precando; præpara subducendo te malignioribus occasionibus, nam qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Prepara fir Idem c. 13.
mando cor in omnium adverfum occursum. Nam vers. 1.
hoc probè scias, si cœperis esse frugi, & pie castéque D E V M colere, simul cùm incipient undique in te procella rueret. Hostes tui, crede mihi, non otiabuntur.

Tu ergo te præpara: & noris, Omnia muscipalam Chrys. st. 5.
esse pedibus insipientum. Atque ne viræ blandimenta nos homil. Can fallant, exactum illius typum subjiciens Chrylosto- Sartorius
mus: Nihil est, inquit, in retus humanis stabile, nihil incon- & Aurelia-
cussum, sed hominum vita imitatur mare vesaniens, quotidie ns ad e-
partiens naufragia, naufragia, inquam, tum noxa, tum peri- sent in xi-
culosa. Et ut cautiſime circumspiciamus, quo dénum min. &c.
loco simus, addit orator aureus: Omnia tunnialium ac 8. 17. Enq.

E 4 turba-